☞ Tunc ibi (Huius ergo) Finaliter ad versum p̄cedentem anne-
ctitur oratio. dicens (ergo) nos (superemus vim) .i. amaritudinē et du-
riciem (humane passionis) .i. quam homines nobis inferre possunt (pa-
ri patiētia) .i. simili (ꝛ ꝯcordi ꝯstātia) .i. vnanimi ꝑseuerātia (huiꝰ ꝯcio-
nis) p̄dicte (vt letemur cū bonis in gloria) celestiū. q̄si diceret. Sicut de-
cta ꝯcio sua cōstantia et
patientia humana tor-
menta superauit. et eter-
na gaudia ꝑ hoc obtinu-
it. ita siliter cōcedat no-
bis deus. vt sic faciamꝰ

Huius ergo concionis concordi con
stantia. vim humane passionis pari
patientia superemus. vt cum bonis
letemur in gloria Amen

Sancte dei preciose prothomar
tyr stephane. qui virtute chari
tatis circumfulsus vndiq̄ȝ. dominum
pro inimico exorasti populo

Funde preces pro deuoto tibi nunc
collegio vt tuo propiciatus interuen
tu dominus nos purgatos a pecca
tis iungat celi ciuibus

Gloria et honor deo vsquequo altis
simo ꝛc̄

Sancte dei) presēs
hymnꝰ ꝯtinet ora-
tionem ad beatū stepha-
nū in duobꝫ ꝟsibꝫ qui si-
bi ꝯdependent Et in vl-
timo dꝛ gloria sancte tri-
nitati. Dicens. O (sanc-
te stephane p̄ciose) id est
gloriose (prothomartyr
dei) .i. ꝑme martyr Sāc-
tꝰ em̄ stephanus fuit p̄-
mus martyr post passio-
nē dn̄i ꝛ ascensionē eius-
dem/ qꝛ eodē anno tercia
die mensis augusti (qui
circūfulsus) .i. circūorna-
tus (virtute charitatis)
diuini amoris (vndiq̄ȝ)
ex om̄i pte (exorasti do-
minū ꝑ inimico ꝑplo) .i.
pro te lapidantibꝫ. inter quos fuit saulus. qui ex hac orōne postea ad do-
minū cōuersus est. Et ita bene dicit exorasti .i. induxisti orōne tua domi-
nū. vt tibi in petitione tua cōdescenderet sicut in saulo fecit. Actuum. ix.
Item differūt exorare ꝛ orare. qꝛ orare est simpliciter rogare. sed exorare
est rogare ꝛ impetrare siue rogando inducere. nihilominus planius stat
hic pro orare. Itē ꝙ beatus stephanus pro inimicis suis orauit. habetur
Actuū. vij. vbi dꝛ. Positis aūt genubꝫ clamauit voce magna dicēs. do-
mine ne statuas illis hoc peccatū. In quo claruit magna perfectio cha-
ritatis. nobis in exemplum vt simile faciamus.

☞ Tunc ibi (Funde preces) Hic perficitur sentētia prioris ꝟsus
O stephane qui exorasti ꝛc̄ (funde nunc preces pro collegio) .i. societate
(deuoto tibi) dedito ꝛ dedicato supplicanti (vt dominus ꝑpiciatus) .i.
ꝑpicius factus siue reconciliatus (tuo interuentu) ꝑ tuā intercessionē (iun-
gat ciuibꝫ celi nos purgatos a peccatis) nostris ☞ Tūc ibi (Glo-
ria) Require supra in hymno Lustra sex ꝛc̄. qꝛ ibi expositus est



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-794/0147
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG